

quod videlicet ob fragilem humanam memoriam, que geruntur in tempore, ne lapsu temporis obliuioni tradantur, autoritate scripture testimonio futurorum noticie transferantur. Nos vero sanus mente et corpore, in publicam proferimus nocionem, quod venerabili domine, domine Catharine quondam filie dilecti generi nostri domini Svantepulk, Abbatisse Wretis, et claustro suo, curiam nostram Tunæ sitam in Dandæræ in Svecia, in parochia kattynæs \*) post obitum nostrum titulo testamenti nostri, et dilecte coniugis nostre domine Lucie conferimus perpetuo possidendam, condicione tali, quod quamdiu vixerimus eandem ad usus nostros observamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appositum. Datum Wretis Anno domini M. CCC. XIV. in conversione Sancti Pauli Apostoli.

Ett sigill finnes betecknad.

1953.

1314 d. 29 Jan.

Gjushult.

Öjar Gunnessons enka MARGARETA testamenterar sjettedelen af sina gods i Wapnhögga, Olofstorp m. fl. gårdar, samt sjettedelen af alla sina lösören till Gudhems kloster, der hon väljer sig grafställe. (Jfr. N. 1869, 1872, 1873).

Vidim. afskr. på perg. i Kongl. Bibl. \*\*).

In nomine domini amen, Anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup> die Martis proxima ante purificationem beate virginis Ego MARGARETA relicta øiari gunnæsun giutzholt constituta, sana mente licet egra corpore de bonis mihi a deo collatis cupiens anime mee salubriter prouidere testamentum meum condo et ordino in hunc modum videlicet quod in primis do et lego claustro gudhem vbi sepulturam eligo sextam partem omnium prediorum meorum in wapnögge, cum omnibus et singulis ipsorum pertinenciis infra sepes et extra Jtem sextam partem omnium prediorum meorum in olaffstorp, et sæui\*\*\*) cum molendinis et ceteris pertinenciis eorundem Jtem sextam partem omnium prediorum, que possideo in parokia sexdræghum videlicet giuzholt, byrkiaas et tangæ cum omnibus et singulis ipsorum pertinenciis intra sepes et extra Jtem sextam partem omnium prediorum meorum in fiällærstorp et ørodhæbek in ballæbygd cum omnibus et singulis pertinenciis eorundem infra sepes et extra Jtem sextam partem omnium bonorum meorum mobilium

\*) Efter detta namn står i Örnhjelm's afskrift: "non poterat legi". Jfr. K. Birgers Bref af d. 17 Dec. d. å.

\*\*) Ur en af Biskop Bengt i Skara vidimerad afskrift af d. 8 Jan. 1321. \*\*\*) Eller "sæm".

vbicumque existencium do et lego claustro in gudhem supradicto, Testes autem qui huic mee donacionj et ordinacioni ad hoc specialiter vocati et adducti interfuerunt, sunt isti, kanutus arnbiornæsun de hallathorp, dominus Boecius de miobek, eskillus de helffstadhun, et magnus de wllæsio, et laÿci arnbernus knutsun, iohannes dacus famulus domine abbatisse de gudhem, et ericus promus meus, ad hec autem omnia et singula constitui et ordinari exsequutores meos venerabilem patrem dominum Brÿnulpum scarenssem episcopum Discretos viros dominum Benedictum prepositum ibidem et kanutum arnbiornæsun supradictum jta quod vnus ipsorum si omnes interesse non poterunt, in solidum premissa nicholominus(!) exsequatur, Quia vero proprium sigillum non habui sigilla discretorum videlicet domini benedicti prepositi, kanuti arnbiornæsun, Boecii de miobek, Eskilli de helfstadhum, ac arnberni knutzsun predictorum vna cum sigillo memorati domini scarensis ad instanciam meam presentibus sunt appensa, in testimonium et euidenciam premissorum pleniorum Actum anno die et loco supradictis.

1954.

1314 d. 3 Febr.

DOMPROSTEN och KAPITLET i Linköping intyga, att Kyrkoherdarne i Linköpings domprosteri Westanstång och i Kinds prosteri ingått en brandstodsförening, förbindande sig att hvar och en gifva ett öre till den, som lidit brandskada.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 15.

Omnibus presentes litteras inspecturis PREPOSITUS et CAPITULUM ecclesie lincopensis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter quod viri discreti ac domini Omnes et singuli prepositure lincopensis westanstanga. aa. ac prepositure jn kind. ecclesiarum rectores constituti in presencia nostra ex pie deuocionis et fraternitatis affectu sub pacto et obligatione perpetuo duraturis inter se ordinare et statuere decreuerunt. ut cuicumque ipsorum per combustionem et jncendium in bonis suis dampnum acciderit jlli absque difficultatis obstaculo et contradiccione qualibet jn vna ora denariorum generaliter succurrere teneantur. Ad cuius euidenciam sigillum nostrum ad predictorum instanciam presentibus duximus apponendum Datum Anno domini Millesimo CCC quarto decimo die beati blasij episcopi et martiris.

*Allmän öfverskrift:* Priuilegia Episcoporum, — *I kanten är inskrifvet:* Subsidium post incendium prestabunt isti propter compromissum.